Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



74 66

eis. Lutum posuit super oculos et abij et la
ui et video. Dicebant ergo ex phariseis quida
Non est hic homo a deo. qui sabbatum no custodit
Alij dicebant. Quomodo potest homo peccator hec
signa facere? Et scisma erat in eis. Dicunt ergo ce
co iterum. Tu quid dicis de eo qui aperuit tuos oculos
Ille autem dixit quia propheta est. Non crediderunt
ergo iudei de illo quia cecus fuisset et uidisset don
vocauerunt parentes eius qui uiderunt: et interroga
uerunt eos dicentes. Hic est filius vr: quem vos dicit
quia cecus natus est: Quomodo ergo nunc videt. Resp
ondent eis parentes eius et dixerunt. Scimus quia
hic est filius nr et quia cecus natus est: quomodo autem
nunc videt nescimus aut quis eius aperuit oculos
nos nescimus. ipsum interrogate: etatem habet ipse de se
loquat. Hec dixerunt parentes eius: quia timebant
iudeos. Iam enim conspiraverat iudei. ut si quis
confiteretur eum xpm extra synagogam fieret. Propter
dixerunt parentes eius: quia etatem habet ipsum interro
gate. Vocauerunt ergo iterum hominem qui fuerat
cecus: et dixerunt ei. Da gloriam deo. nos scimus qui
hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nesci
o unum hoc quia cecus cum esset nunc video. Dixerunt
ergo illi. quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos:
Respondit eis. Dixi vobis et iam audistis. quid iterum
vultis audire? numquid et vos vultis discipuli eius
fieri. Maledixerunt ei et dixerunt. Tu discipulus
illius sis: nos autem moysi discipuli sumus: nos scimus
quia moysi locutus est deus: hunc autem nescimus
unde sit. Respondit ille homo et dixit eis. In hoc enim